

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Periculum a
cum fonte primo

Nimium preceps est qui transire
contendit ubi conspexerit alium
cecidisse, et uehementer infrenis est
cui non incutitur timor alio pereunte.
Amator autem est salutis sue
qui et uitat alienae mortis incursum,
et ipse est prouidus qui sollicitus fit
cladibus ceterorum.

Augustinus libro de singularitate
clericorum.

nimium praee^cps est qui transire
contendit, ubi conspexerit alium
cecidisse, et uehementer infrenis est
cui non incutitur timor alio pereunte.
amator est uero salutis sua
qui euitat alienae mortis incursum.
et ipse est prouidus qui sollicitus fit
cladibus ceterorum,
sicut Salomon adprobat dicens: astutus
uidens malum puniri, uehementer
erudietur, et iterum: cadentibus
impiis iusti uehementer
terrebuntur.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De
singularitate clericorum*, 2 (CSEL 3.3,
W. Hartel ed., pp.174-5, ll.30, 1-6).